des ville Bukowsko Mathiam Wsdowski et eius successores heredes de Nowothanyecz pro men-
suracione dly movere litigare et eis accionem intentare non debent Sed predicta mensuracio dlorum in
litera divisionis antecessorum ipsorum contenta presenti nostro decreto cassa et irrita perpetuis temporibus
esse debet et nullius roboris Et interrogavit suparbi partes si susceperunt sententiam et responderunt partes
quod susceperunt sententiam et hoc idem suparbi est protestatus ministrali et Nobilibus ibidem presentibus **Postea**
Dns Mathias Wsdowski cum suo procuratore Joanne Grzegorzowski pecijt de libertate silvarum inter
villas Bukowsko et Nowothanyecz Jacentium ferri sententiam diffinitiuam iuxta suam supius inscriptam
querelam et proponit et iuxta tenorem privilegij superius contenti et eandem interpretacionem privilegij optante
dno Petro Odnowski suparbi Nicolaus Langkorunski hanc diffinitiuam tulit sentenciam
Sentencia In litera divisionis trium fratrum de Boyska heredum Petri Georgij et Joannis describit-
tantum ex nunc divisio Petri quam sibi Georgius et Joannes exdiviserunt et de aliarum partium videlicet Joannis
et Georgij divisione subtacetur et illis villis et hereditatibus quas Petrus a fratribus ex divisione pro parte primeua
recepit designate et descripte sunt granicies et limites a fratribus Petro ad hoc consencientibus Et Nowothanyecz
noscitur clare pertinere ad divisionem Georgij et Joannis a qua Nowothanyecz tunc in possessione fratrum earum
possessione existente Petrus recessit et renunciavit fratribus Et Wislozek pro tunc eciam erat in parte divisionis
Georgij et Joannis Et licet illa clausula homines autem tam sui quam fratrum suorum Joannis et Georgij
libertatem habebit in omnibus silvis et fluvijs stat in litera post descriptas granicies illarum hereditatum
fratris quam inter primo equale sui primeuus habebat dominium omnibus hominibus harum hereditatum
que Petro cesserunt ex divisione Nichilominus tamen sua litera qualitate quia novat ex tunc omnes
et villarum que in privilegio divisionis clare exprimuntur et nominantur resignat libertatem silvarum
et fluminum et quia Nowothanyecz est ex sorte divisionis Georgij et Joannis ergo libertate eiusdem generali
habere debet in silvis ad Bukowsko et Wyslozek pertinentibus qualitate dominij fundi et usus
fructus fundi Idest dominio hereditario et libertate usus omnimodi silvarum et fluminum dempta
extirpacione silvarum et aliarum locacione villarum et quale Jus habebat et dominium veri antecesso-
res et eorum homines tale Jus et dominium vos et veri homines tamquam post illos in predicta bona
successores habere debetis Immo verius ex nunc habebitis Nam si villa Wyslozek mansisset circa
Nowothanyecz et non pervenisset ad eam Jure empcionis dns Petrus heres de Bukowsko extunc

et privilegio divisionis villam Bukowsko habuisset et habere debuisset granicies duntaxat ad rivulum
Bukowyzna ibi habuisset heres de Bukowsko dominium fundi residuum vero fundi dominium reman
sisset circa heredes de Wyslozek et Nowothanyecz tamen usus silvarum et fluminorum salva
utriusque parti remanente Locaciones tamen villarum liberas habuissent quelibet parcium intra limites suas
tanquam veri heredes fundi Sed quia ut diximus villam Wyslozek admixerit heres de Bukow
sko in possessionem extunc facte sunt silve communes tam iure hereditario dominij fundi quam
libertate usus fructus fundi ergo illas extirpare pro Novis colonis Locandis uni parcium
non licet sine alterius partis assensu Nisi in unum concordaret videlicet heredes de Bukowsko et
Wyslozek atque Nowothanyecz Et interrogavit succamerarius partes si susceperunt sententiam et respon
derunt partes quod susceperunt sententiam et hoc idem succamerarius protestatus est Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus
Tandem dominus Mathias Wsdowski et suus procurator Joannes Grzegorzowski proposuit contra dominum
Petrum Odnowski quod ipse in hereditate sua Nowothanyecz campis hominibus ipsius Martino filio Stephko
et Joanni Byel et ipsi soli domino Mathie Wsdowski de ipsius agris Avena et ceteras alias segetes rece
pit alteras conculcavit alias depastus est valoris (sexaginta) quadraginta marcarum Ex adverso Petrus Od
nowski indicat quod ipse prefatas segetes recepisset in suis hereditatibus et optavit dari ad videndum ut
probaret subiectis oculis et decrevit succamerarius dari ad videndum Item dominus Mathias Wsdowski pro
posuit contra dominum Petrum Odnowski pro Roboribus quod dominus Petrus Odnowski recepit valoris sex mar
carum Petro Odnowski ex adverso Negante valorem Roborum tanta esse et defendente Iuramentum
domino Mathie Wsdowski Et succamerarius decrevit iuramentum domino Mathie Wsdowski de valore Roborum
Iurare vero domino Mathia Wsdowski ad swasionem amicorum nolente Petrus Odnowski condemnavit
in evasione dominum Mathiam Wsdowski pro Roboribus Item proposuit dominus Mathias Wsdowski
contra Petrum Odnowski quod idem Petrus Odnowski in silva communi et libera excidit hominibus ipsius de Nowo
thanyecz Arbores cum alvearijs et Mellificijs apium de quibus alvearijs ex antiquo Iure heredi
tario solvebant datores Mellis in primis Hyczy Sluzebny tercerium alvearium David quatuor
Wyslozki tercia Josko duo Ihnath unum alveare valoris quinquaginta duarum marcarum
Et dominus Petrus Odnowski recepit ad videndum ubi sunt alvearia excisa et decrevit succamerarius
videnda loca excisionis alvearium Item dominus Petrus Odnowski proposuit contra dominum Mathiam
Wsdowski quia hominem ipsius de villa Bukowsko Mathiam nomine in via libera captivavit et
detinuit dominus Mathias ex adverso Negante et succamerarius decrevit Iuramentum domino Mathie Wsdowski
de non captivacione predicti Mathie Tandem dominus Petrus Odnowski dimisit Iuramentum domino Mathie Wsdow
ski et procurator Mathie Wsdowski Joannes Grzegorzowski memoriale posuit in evasione iuramenti
Item dominus Mathias Wsdowski proposuit contra dominum Petrum Odnowski quod ipse de communi silva et de
communibus pascuis recepit duos porcos homini ipsius de Nowothanyecz Petro Holubko valoris unius
sexagene et Petrus Odnowski detulit Iuramentum Petro Holubko de valore porcorum Tandem idem
dimisit sibi Iuramentum Petrus Odnowski et obtulit se restituere duos porcos Petro Holubko feria
sexta proxima post festum sancti Michaelis Nunc instantis quodquidem faciendum succamerarius
decrevit. et partes susceperunt sententiam Ministeriali et Nobilibus presentibus Item dominus Petrus Odnowski
proposuit contra dominum Adam Wsdowski quod ipse Adam misit familiarem suum in domum propriam in
Nowothanyecz qui familia recepit Petrum Drazs de Bukowsko et captivum duxerit ad Curiam

Nicolaus Langkorunsky et
manu propria subscripsi

Sententia super Silvas Wistoczni [illegible] o Bu[illegible]owicą Zad[illegible] Wierzchow

~~dominum Adam et Intulerit sibi dominus voluerit sua Laudum aliud Cruentum in manum et eciam fere~~
sibi manum claudentis Tandem domino Adam negante decrevit Suparbi iuramento tradere domino Adam
promissis et volente iurare domino Adam dominus Petrus Odnowski dimisit ipsi iuramentum **Item**
dominus Mathias Wsdowski proposuit contra dominum Petrum Odnowski quod ipse in silva communi et in fundo
communi locare incepit villam novam Thokarnya In preiudicium ipsius domini Mathie Tandem domino
Petro Odnowsko dicente quod locasset villam inter limites ville Sukowsko domino Mathia Tandem ipsius
domini Odnowski responsionem impugnante et asserente in communi fundo eam esse fundatam et Suparbi
recepit et distulit in hac causa sententiam in crastinum et prorogavit atque disposuit dilationes partibus
terminis in diem crastinum in hunc modum qui sequitur **Terminus** hodiernus inter dominos Petrum Odnow
ski et Mathiam Wsdowski de ipsorum consensu ad diem crastinum in eo vigore prout hodie
fieri debuit per Suparbium Nicolaum Langkorunysky suspenditur et transfertur et habent partes
predicte terminum coram prefato Suparbio talem qualem hodie habere debuerunt et in eo vigore iure premisso
illeso et hec causa cum Ministralis Andreas de Rzozow proclamando Insinuavit **et tandem**
exivit Suparbi cum partibus et coarbitris ad videndum campos in quibus recepta est avena
domino Mathie Wsdowski et eius subditis et ostendit campos dominus Mathias Wsdowski Tandem
dominus Petrus Odnowski dixit esse campos suos et debere pertinere ad villam ipsius Wolicza domi
no Mathia Wsdowski in contrarium dicente **Tandem** Suparbi decrevit primum diffiniendum esse
de campis cuius sunt Tandem de avena recepta et decrevit domino Petro Odnowski dandos esse
duos homines senes et domino Mathie Wsdowski etiam duos homines dies crastina ut in pre
sentia Suparbi Iuramentum prestarent **Actum** in Nowothanyecz feria quinta ante festum
sancti Urbani proxima Idest vigesima octava Mensis Maij Generosus dominus Mathias Wsdowski
satisfaciendo Decreto Nicolai Langkorunysky Suparbii Circa ecclesiam parrochialem sancti Nico
lai in Nowothanyecz statuit coram Suparbio duos senes testes Cristianos videlicet Jacobum Urbas
nycz et Nicolaum Myzalek de Nowothanyecz Qui iuxta Rotam a Suparbio datam super signum
sancte Crucis passionis iurarunt fideliter dare testimonium de limitibus inter Nowothanyecz et Woly
cza et ad cetera interrogata Suparbii fideliter iuxta suam Notorietatem respondere et similiter dominus
Petrus Odnowski satisfaciendo decreto Suparbii duos senes testes Ruthenos videlicet Clim Slony
nka et Iwanko Jazkowycz de Wolicza reputavit coram Suparbio qui ad Rotulam hostij Synagoge
Ruthenice in Nowothanyecz more Ruthenico Iurarunt fideliter dare testimonium de limitibus
inter Nowothanyecz et Wolycza et ad cetera interrogata Suparbii fideliter iuxta suam Notorietatem
respondere et tandem Suparbi cum predictis senibus et Coarbitris videlicet Generosis Joanne Woyshyk
et Joanne Chyshowski ex parte domini Mathie Wsdowski ad Suparbium locatis et ex parte domini
Petri Odnowski Andrea Herborth et Joanne Herborth processit ad inquirendum, ad quam heredi
tatem pertinere deberent campi pro quibus erat questio inter Mathiam Wsdowski et Petrum
Odnowski **Tandem** post examinacionem testium et vota Coarbitrorum Suparbi signavit
loca futurorum scopulorum et distinxit hereditates videlicet Nowothanyecz Mathie Wsdowski
a villa Wolycza Petri Odnowski in hunc qui sequitur modum **In primis** incipiendo a
Colle seu torrente qui inter campos Nowothanyecz oritur et hostia habet in torrente Sanok -

Cui Torrenti an̄tea Nullum erat insignitum cognomen sed Suparbi eidem torrenti indixit et
assignavit nomen Langkorwnyski Pothok et sic ab eodem Torrente Langkorwnyski Pothok incipiendo
et sursum ad verticem montis eundo (incipiendo pala / et sursum ad verticem montis pala eundo) fecit duos
tractus seu sulcos aratro et ultra montis eundo quasi ad similitudinem medii levire eciam duos tractus
seu sulcos aratro fecit et a fine illorum sulcorum usque medium Torrentis seu alveum eiusdem Szczed-
nj Pothok dicti directe et linealiter eundo Tandem per illam medietate seu alveum directe sursum
eundo usque ad summitatem eiusdem Torrentis et a summitate seu ortu eiusdem Torrentis Szczedny Po-
thok usque ad silvam seu Rubeta que iacent super Torrente vel Collem dictum Hloboky
et inibi fecit duos tractus seu sulcos et Tandem penes silvam preffatam eundo fecit unum
tractum seu sulcum usque ubi habet ortum Idem Torrens Hloboky et ibi signavit faciendi scoplu-
arialem hereditates Nowothanyecz et Woliza atque Pobyedny distinguentem **Et Tande**
Divisis et Limitatis hereditatibus Nowothanyecz et Wolyza descendit Suparbi ad Nowothanyecz
et vocatis per Ministeriale partibus videlicet Mathia Wsdowski et Petro Odnowski hanc tulit sentenciam Dessinitivam
Sentencia Ex quo ego Anrtole Suparbiali signavi Aratro Loca scoplorum inter
Nowothanyecz Mathii Wsdowski et villam Wolyza Petri Odnowski ut Negocium hoc suum
sorciatur effectum Decernimus quod Mathias Wsdowski ex sua una et Petrus Odnowski ex
ex sua altera parcium feria sexta in Crastino festi Asensionis xpi Educat Suttamusarium
testem sanctem vel eius Camerarium et vices gerentem et unum Ministeriale et in locis per
nos signatis erigant scoplos in signa Metalia perpetuis temporibus mansura et hereditates
Nowothanyecz Mathii Wsdowski et Wolyza Petri Odnowski distinguencia **Et** interro-
gavit Suparbi partes si susceperunt sentenciam et respondent quod susceperunt sentenciam et hoc idem Suparbi
est protestatus Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** Suparbi Tulit sentenciam aliam
de locacione villi Thokarnya iuxta proposiciones superius descriptas **Sentencia**
Ex quo Antecessores Mathii Wsdowski heredes de Nowothanyecz in silvis communibus eisdem
silvis extirpatis locaverunt villam Szymkowa eciam Petro Odnowsko heredi de Bukowsko
et Wyslozek licebit eciam in eisdem silvis communibus locare villam inceptam dicta Thokar-
nya Que villa debet esse Laneorum duodecim Cum medio vel tot laneorum quot numero
nunc possidet vel in futurum possidebit villa Szymkowa et dicta villa Thokarnya lati-
tudinis Laneorum habeat et recipiat de villa Szymkowa ab uno Laneo quem ibi elegerit Men-
surandi Longitudo vero agrorum protendatur quousque congrediuntur agri villarum ambarum
et ubi congrediuntur ibi dicte stare et ultimus non dicte protendi in longitudine Sed iam amplius
non debent predicte partes videlicet heredes de Nowothanyecz et heredes de Wyslozek et Bukowsko
locare villas in silvis communibus nisi mutuo consensu premisso et obtento **Et** Interrogavit Sup-
arbi partes si susceperunt sentenciam et dixerunt partes quod susceperunt sentenciam et hoc idem Suparbi
est protestatus Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** partes preffate videlicet Ma-
thias Wsdowski et Petrus Odnowski pro Mellificiis Avenis et Segetibus aliisque pro Iniuriis et
Kmethonum Voluntatibus sumptibus de bona sua et Spontanea voluntate composuerunt videlicet quod
Petrus Odnowski dedit Mathii Wsdowski Quadraginta Marcas pecuniarum et effective solvit
et ipse Mathias ipsum de omnibus liberavit iniuste duntaxat pro hominibus profugis et alietatis

Nicolaus Langkorwsky et
manu propria subscripsit

Principium Iuris ad communes Sylvas
Sententia [illegible] per Locationem Villae Tokarnia in Silvis communibus Bukowsko et Novotaniec
Sentencia super Sylvas communes [illegible]

receptis hanc Suparbz tulit inter partes prefatas sententiam diffinitivam **Sentencia**
Ex quo dominus Mathias wsdowski repetit duos homines heredes de Nowothanyecz profugos
ad dominum Petrum odnowski ad villam Bukowsko videlicet Fyedasz et Grzegorzmo
Quos homines dominus Petrus odnowski a longis temporibus dicit esse in Bukowsko videlicet ab
annis sedecim citra vel ultra et similiter atque converso dominus Petrus odnowski repetit a domino
Mathia wsdowski hominem hereditarium de villa sua Bukowsko profugum ad Nowothanyecz dictum
Janosh quem similiter dicit dominus Mathias wsdowski longi temporis prescriptionem ibi mansisse et
uxoratum esse extunc habeat dominus Mathias wsdowski hunc Janoshum Dominus vero Petrus od-
nowski habeat illos eciam duos tanquam ex utraque parte prescriptos pro duobus vero hominibus
Mathie wsdowski de Nowothanyecz profugis uno ad villam Bukowsko videlicet Gregorio filio Stomyny
alio ad Belchowka dicto Ilko filio Petri Thrzech Qui ut probabiliter asserebat anno preterito aufugerunt
Ita direximus Suparbz ut dominus Petrus odnowski infra hoc tempus usque ad festum ascensionis
proximum Cristi prefatos homines profugos mittat domino Mathie wsdowski in domum suam ad Nowo-
thanyecz pro quolibet homine per mediam sexagenam odklowo iuxta terre consuetudinem
et dominus Mathias wsdowski debet recipere odklon et prefatos homines duos Petro odnowski
perpetuis temporibus liberos dimittere **Et** interrogavimus Suparbz partes si susciperent sententiam et retulerunt
partes quod susceperunt sententiam et hoc idem Suparbz est protestatus ministerialibus et Nobilibus ibidem presentibus
Tandem Suparbz interrogavimus Petrum odnowski et Mathiam wsdowski si adhuc haberent
aliquid questionis quod optarent a Suparbz diffiniendum et responderunt quod Nichil et protestatus est
Suparbz Nobilibus et ministerialibus ibidem presentibus **Et Tandem** Suparbz hanc tulit sententiam diffinitivam
Sentencia Ex quo sentencie nostre inter dominos Petrum odnowski et Mathiam wsdowski
et eorum successores perpetuis temporibus debent esse firme et inviolabiles permanere Quia res et nego-
cia hereditaria perpetua inter ipsos diffiniunt et dubia interpretantur et declarant Ideo Nos auctoritate
Suparbziali nobis in has partes per partes ipsas concessa et commissa decrevimus Ut literas actorum
quas eisdem partibus videlicet Petro odnowski et Mathie wsdowski sub nostro sigillo et manu
nostra subscriptas dabimus ad primam actorum terrestrium Sanocensium posicionem in acta terrestria
Sanocensia inducant et recognoscant coram actis Sanocensibus terrestribus sentencias nostras
inter ipsas partes et eorum successores perpetuis mansuras tales recognitiones et sub ea forma quam
in nostris actis et sub nostro sigillo eisdem partibus videlicet Mathie wsdowski et Petro odnowski
dabimus et interrogavimus Suparbz partes si susciperent sententiam et responderunt partes quod suscipi-
erunt sententiam et hoc idem Suparbz est protestatus Nobilibus et ministerialibus ibidem presentibus
Tandem eciam tulit aliam huiusmodi sententiam diffinitivam Suparbz **Sentencia** Ex quo
actis et literis nostris Suparbziis facultatem dominus Petrus odnowski et Mathias wsdowski
subiugassent se firmiter tenere sentenciales pareri et effectum satisfacere literis nostris non
contradicere sed eisdem firmiter credere ac si essent ex actis terrestribus emanate Ideo decrevimus
Ut Petrus odnowski et Mathias wsdowski a nobis pronunciatarum sentenciarum acta sentencias reci-
piant effectum eius illa quam eisdem Petro odnowski et Mathie wsdowski consignabimus
literis nostris patentibus ut sciant se opponere et regere qualiter iudicatis pareat et effectum

satisfaciant quod facere tenentur sub vadio et sententys nostre facultatis superarbitrary
tenendis et eisdem effectum satisfaciendis et complendis, fidemissores predictarum partium
videlicet Petri Odnowski et Mathie Wsdowski in actis testibus Sanocensibus fidembendo sese inscripserant
et predictum vadium in se assumpserunt quod vadium in hac parte et pro nunc tenenda per Petrum Odnowski
et Mathiam Wsdowski mediante presenti sententia in eisdem fidemissoribus repetendum et tollendum presenti nostro
decreto et auctoritate superarbitrali nobis resignamus **Et** interrogavimus superarbitri partes prefatos Petrum
Odnowski et Mathiam Wsdowski si susceperint sententiam et responderunt partes quod susceperunt sententiam
Et hoc idem superarbiter Nicolaus Langkoronyski est protestatus Ministeriali Andrea de Brzozow
et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** superarbiter Nicolaus Langkoronyski dixit ex quo
iam nichil habetis causarum quas diffiniendas facultate superarbitraria oporteret et Nos iam
satisfecimus officio nobis imposito Nos igitur in dei nomine exoneramus nos facultate de cetero
superarbitria Et vobis domine Nicolae **Bal** committimus tanquam Novo Testi ut dum inscrip-
tionem facultatis superarbitrarie inter vos mortificaturi et extincturi estis × Nostros eciam exone-
ratos faciatis fidemissores **Hec** igitur Acta in unum redacta nostre facultatis superarbi-
trarie Judicialium ex ea causa quam in principio uti premisimus significatorie partibus
ipsis et cuilibet seorsum extradidimus Manu nostra propria subscriptas et Nostri sigilli
appensione Tam a tergo quam etiam ad margines inferiores Roboratas **Datum** in
Nowothanyrecz feria quinta proxima ante festum sancti Urbani Idest vigesima secunda
mensis May Anno domini Millesimo Quingentesimo Undecimo **P**resentibus Generosis
et Nobilibus Andrea Stadniczki de Stadniki et in Snigrod Joanne Gawrath de Bzowo
Klasky Nicolao Czrklynski de Czrklin Jeronimo alias Jarosh Rozembarski de Rozem-
bark et alys quam pluribus fidedignis testibus ad premissa **S**cripta per manus No-
bilis Stanislai Myshewsky de Strzythno Generosi Nicolai Lanzkoronyski Notarij

Conclusio
actorum
N. L.

Nec quidem Acta supra scripta prefati Nicolai Lanzkoronyski Predicti Pe-
trus Odnowski et Mathias Wsdowski quilibet eorum per se recognovit et recognoverunt utraque

simul quod ipsa eadem acta tenentur et obligantur atque presenti inscripcioni se inscribunt perpe-
tuis temporibus ipsi et eorum successores inter se tenere et observare firmiter et inviolabiliter in
omnibus sententys in eisdem Actis contentis Juxta omnes Conditiones Modos articulos Clau-
sulas Ita quod eisdem sententys una pena sive consensu alterius partis nunquam debet contra-
venire Nec easdem transgredi vel contra easdem aliquid in contrarium allegare Nec aliquam
rem Causam effectum eisdem obicere **P**reterea Recognoverunt Quia licet in inscripcione
Compromissi in hys Actis inserti Cuius vigore et auctoritate Nicolaus Lanzkoronski super-
bitraria facultate fungebatur prefati Petrus Odnowski ex sua parte Joannem Pobyrdnyski
et Joannem Grzymisthowski Mathias vero Wsdowski ex parte sua similiter Raphaelem Lyrim-
niczki et Joannem Wlinski posuerunt quilibet primum pro se fidemissores ex ipsis videlicet Petrus
Odnowski et Mathias Wsdowski debuerunt parere sententie et sententys per superarbitrum

Nicolaus Lanzkoronszky [illegible]
manu propria [illegible]

In clausulis que
vestros tangunt
fidemissores ×

Hic incipit finis
seu determinatio
an posite recognitiones

Generosum Nicolaum Langkorunsky decretis et determinacionis ac promulgatis in omnibus eorum
Causis et Iuriis eciam hereditariis Quiquidem fidemissores se pro eisdem partibus sub vadio
Mille florenorum inscripserunt Iuxta articulos compromissi et eiusdem compromissi inscripcionis
tenorem continentem Quosquidem fidemissores extunc liberos dimittunt ab eadem caucione fidemisso-
ria in casibus post hanc inscripcionem in acta terrestria inductam emergentibus et contingentibus
Secus tamen de illis casibus qui ante hanc emerserunt et pro quibus aut partes primas sentencias
superarbitri tenentur vel primam sentenciam tenuerunt Cum alterius partis fidemissoribus sen-
tencias superarbitri non tenentibus litispendencie sunt et Citaciones Cui litispendencie in nullo
derogatur presenti fidemissorum Cassacione pro eo quia ante hanc emersa est Recognoverunt
demumque partes prefate videlicet Petrus odnowski et Mathias wsdowski quia vadium mille
florenorum per triginta grossos computatorum in se et suos heredes perpetuis temporibus
duraturum assumunt Illud videlicet vadium in Compromissi inscripcione expressum de
quo exoneravit suos alteros fidemissores in se suosque successores assumunt asso-
munt et se suosque successores presenti inscripcione inscribunt et obligant sub eodem predicto
vadio Mille florenorum per triginta grossos computandorum parti tenenti per partem non tenentem
succumbendo et effectualiter persolvendo Et omnes sentencias in Actis Generosi Nicolai
Langkorunsky contentas et hiis terrestribus actis inductas inscriptas et de consensu parcium
acticatas debent prefati Petrus Odnowski et Mathias wsdowski et eorum successores
in omnibus condicionibus Clausulis articulis et modis firmiter et inviolabiliter temporibus
perpetuis tenere et eisdem effectualiter parere satisfacere et predictis sentenciis non contravenire
et non condicere Casu quo aliqua parcium prefatarum Tam videlicet Petrus odnowski
quam Mathias wsdowski vel istarum parcium alicuius partis successor vel successores
pro prefato vadio Mille florenorum propter contradiccionem vel non observacionem et
non complecionem effectualem alicuius sentenciarum predicti Nicolai Langkorunsky in
parte vel in toto vel in uno quolibet articulo et condicione Citata fuerit per partem
tenentem Extunc hec In Iudicio terrestri particulari vel generali Sandomiriensi stare et
x debet respondere in termino primo tanquam in peremptorio x Nullis causis aut modis exquisitis
terminum primum imo ipsum peremptorium differendo Nec ad Regiam Magestatem aut ad
Colloquium generale vel ad Convencionem Generalem se excipiendo Nec pro maiori sibi
recipiendo Nec vera Nec simplici infirmitatibus eundem terminum primum peremptorium differendo
et non evadendo prescripcione Iuris Regalibus expedicionibus Bellica generali vel particulari
districtu terra seu territorio Indigenatus sui Legacionibus intra et extra Regnum prescripcione
Maiori vel minori terrestri Nec allegacione Inundacionis aquarum Nec allegando aliquem
defectum presentis inscripcionis vel ad presentem inscripcionem aliquo defectu Citacionis Nec

aliquo defectu ex Citacione Condempnacionis Nec eciam aliquo defectu Citacionis
ad satisfaciendum Nec defectu date Tituli Nec eciam defectu termini progressus Cause
Iudicii Nec alio quovis modo Colore forma causa Iuris exquisito et excogitato eva
dere debet solucionem prefati vadii Sed renunciando omnibus Remediis Iuris et facti
Statutis Regni Antiquis et Novis quibuscumque in Contrarium in subsidium sue Cause et
solucionem vadii evaderet assumere posset Renunciando eciam omnibus appellacionibus
Iuris polonici Teutonici Consuetis et observari solitis Et Quamvis Controversiam
faceret Coram Iudicio aut excepcionem appellacionis opponere debet decreto Iudicii tresque
Baronem primitus pena trium Marcarum Citanti et Iudicio totiens et solucionem nullas
faciendo Controversias iterum Sed simpliciter et plane atque effectualiter solucioni vadii
satisfacere, quo Realiter et effectualiter persoluto et pro ipso vadio Realiter satisfacto
Nichilominus Sentenciam Superarbitri Generosi Nicolai Lanczkoronsky proqua vadium
succubuit et persolvit tenere observare et eius sentencie in toto et in parte in omnibus
punctis et Clausulis in Sentencia Superarbitri contentis satisfacere effectualiter et realiter
tenebitur Et Quocienscumque alicui sentencie vel sentenciis predicti Superarbitri non paru-
erit et effectualiter non satisfecerit in toto vel in parte in Clausula vel in articulo aliquo
extunc similiter vadium Semper succumbet Et Nichilominus sentenciam Superarbitri antedicti
tenere observare in toto vel in parte et eius effectualiter et Realiter satisfacere tenebitur tempo-
ribus perpetuis duraturis etc. Exarata Calamo Nobilis Stanislai Myszkowsky
de Brzyzno et per ipsum Auscultata diligenter Concordancia in toto cum origi-
nali Manu ipsius correcta

Nicolaus Lanczkoronsky etc.
manu propria ss

Granicene